

gnosceremus. Quod si hoc negligatur, nisi assidue obseruemus, nihil omnino certi haberi potest, de primo inquam rerū ortu & aspectu, de c̄p̄ uisortū in horas uarietate. Credūt imperitis hominib. uigili ebrio, amēti rustico, pastori bruto (vt Hispanus de stella Cassiopeæ) noctuabundo ac cæco amatori. Isti casu in cœlum (id enim rā Primi Co, rō faciunt) suspicentes, uident Cometam, &c. Cum pri- metā uidē mū illis in oculos incidit, tum uerò exortum putant. Spar tes. gūt in uulgo, à uulgo ad Physicos et Astologos, Mathe- maticus percontatur, uarios dies audit: discordia quanta sit audit. Mox tamē scripturit, & audet prædicere, quos Scribēdi cu nescit euentus, dum causas rei & naturam eiusc̄p̄ partes, pido nimia & maximē ortus diem ignorat. Quasi uerò leue sit in cœlo tempus generationis. Non uti terra manet immo ta, item cœlum cessat iners. Continua uertigine rapitur, multiplici motu fertur in occasum, in ortum, pars obli què ad cancrum ad capricornum, & nō modò in ipsorū orbium, sed in siderum cursu incredibilis mutatio est. Quare omnia uariantur quæ à stellis sunt, & ipsi etiā Co metæ, si filij sunt astrorum, ut docēt, mutato situ & cursu stellarum. Et cur momenta partus Genethliaci notantur, nempe nisi punctū illud (quāquam ego ista cū Cicerone, Gellio, Basilio M. Pico alijsq; multis nondum probo) ni si inquam pūctum illud in partu teneas, nō habes positū siderum, & ea re ignorata, quicquid à sideribus fluit, asse qui non potes. Non secus in Cometa, si filius hic est siderum, & ab ipsis certo uno habitu labētibus, Cometa uires habeat, cum nos fugiat primus ille astrorum status, nec solum in horæ punctis, uerum in diebus peccetur, quæ methodus, quæ via reliqua est naturam Cometis ex cognatione cum astro noscendi: Ethoc non ritè perspecto, quid uolunt uiri alioqui docti, pro certis incerta, pro apertis obscura, & ignorata pro exploratis habere? Quid igitur ijs credendum, qui in suis iudicijs & obseruationibus quotidianis, neque de primo ortu, uel dura-